

EINLEITUNG

Die Handschrift Paris, BN, Lat. 10754 enthält die Lex Salica, einige Kapitularien und am Schluss ein Florilegium aus vorwiegend biblischen Quellen (fol. 79^v-100^v; die alte Foliierung ist fehlerhaft) Dies sind die Abschnitte des Florilegiums:

- [1] *DE DIVITIBUS*
- [2] *DE HOMICIDIIS*
- [3] *DE FORNICATORIBUS*
- [4] *DE PERIURIIS*
- [5] *DE FURTIS*
- [6] *DE EBRIETATE ET COMMESSATIONE*
- [7] *DE IRA*
- [8] *DE MISERICORDIA*
- [9] *DE DETRACTIONE*
- [10] *DE CARITATE*
- [11] *DE NON REDDENDO MALUM PRO MALO*
- [12] *DE CARITATE*
- [13] *DE UMILITATE*
- [14] *DE AMITICIA ET INIMITITIE*

Die letzten drei Abschnitte sind wörtliche Exzerpte aus dem Liber scintillarum, einem Florilegium des 7. Jahrhunderts. Auf eine Edition dieses Teils wird daher hier verzichtet. Die Herkunft der Handschrift ist nur für die Neuzeit gesichert. Der erste Besitzvermerk der Handschrift datiert aus dem 16. Jahrhundert und bezeugt den Besitz der Bibliothek der Jesuiten in Reims. Später kam die Handschrift in das Pariser Jesuitenkolleg Clermont und von dort in die königliche Bibliothek. Über die mittelalterliche Provenienz des Codex ist dagegen nichts bekannt. Bernhard Bischoff ordnet die Handschrift dem letzten Drittel des 9. Jahrhunderts zu und vermutet eine nordostfranzösische Schriftheimat.

An der folgenden Edition hat Andreas Öffner, Tübingen, wesentlichen Anteil, sowohl bei der Kontrolle der Transkription als auch bei der Ermittlung der Vorlagen. Unsichere Lesungen stehen in eckigen Klammern.

Karl Ubl

DE DIVITIBUS. DOMINUS DICIT IN EVVANGELIO: *Quam¹ difficile, qui pecuniam habent, in regnum dei intrabunt. Facilius est camelum per acus foramen transire quam divitem in regnum dei introire.* Et beatus Iacobus apostolus dicit: *Amicus² huius seculi inimicus dei vocabitur.* Dominus in evvangelio secundum Matheum dicit: *Qui³ amat patrem aut matrem aut fratres aut sorores aut filios aut parentes plus quam me, non est me dignus.* [80r] Et iterum dicit: *Qui diligit me, mandata⁴ mea custodit. Et qui non diligit me, mandata mea non servat et, qui sermonem⁵ meum servaverit, non mortem gustabit in eternum.* Et qui non dimittit vel non relinquit omnia, que habet, non est me dignus. Et iterum dominus in evvangelio dicit: *Vade⁶ et omnia, que habes, vende et da pauperibus et veni sequere me et habebis thaesaurum in celo.*

DE HOMICIDIIS. De homicidiis dominus precepit Moysen in libro Exodo dicens: Homicide *evellere⁷* hoc etstraere *ab altare meo* et ne patiaris, hoc est [80v] ne dimittis eum vivere et ne participes, se [=si?] consenseris cum eo, fueris. Quia sicut dicit beatus Paulus apostolus: *Non⁸ solum qui faciunt, set etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt mortem [!].*

DE FORNICATORIBUS. Scriptura sancta dicit: *Fornicadores^a et adulteros^b deus iudicabit⁹.* Et beatus Paulus apostolus dicit:

^a *korrigiert aus fornicatoribus* ^b *korrigiert aus adulteris*

1) *Luc. 18, 24-25:* Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt; facilius est enim camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum Dei. *Vgl. auch Matth. 19, 23-24; Marc. 10, 24-25. Vgl. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 58, c. 1, S. 184.*

2) *Iac. 4, 4:* Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur.

3) *Matth. 10, 37:* Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus et, qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.

4) *Ioh. 14, 21-24:* Qui habet mandata mea et servat ea, ille est, qui diligit me. [...] Qui non diligit me, sermones meos non servat.

5) *Ioh. 8, 52:* Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum.

6) *Matth. 19, 21:* Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni sequere me.

7) *Exod. 21, 14:* Si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

8) *Rom. 1, 32:* Qui cum iustitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed et consentiunt facientibus.

9) *Hebr. 13, 4:* Fornicadores enim et adulteros iudicabit Deus. *Vgl. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 21, c. 4, S. 95.*

*Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, id est alio peccato, quod peccat [ho]mo, in animam suam peccat*¹⁰. Sanctus Isidorus dicit: *Melius est mori quam fornicari*¹¹. Omnes fornicationes male sunt. Dominus ad Moysen precepit dicens: Si homo fornicatus fuerit cum quadru[51r]pedio, et homo et pecus occidatur¹². Iam peior fornicatio non est de Sodoma et Gomorra^c. Unde legimus in Genesi, quod^d quatuor civitates in inferno viventes descenderunt¹³. Et nomina civitatum^e ista^f sunt: Sodoma et Gomorra, Adame et Sebohim. Isti homines pagani fuerunt^g et gentiles et per ignorantiam peccaverunt. Satis maior culpa Christianorum est, si in tales culpas cadunt^h. Quiaⁱ dominus in evangelio dicit: Filius¹⁴, [qui] nesciens *voluntatem* patris, si peccaverit, *vapulabit paucis*. Et filius, qui sciens^k *voluntatem* patris et non facit, *vapulabit* multum. Et Sanctus Agustinus de homicidiis dicit: Ne corporis et sanguinis domini *presument*¹⁵ acci[81v]pere, ne *se infelices duplicentur [!] damnentur*. Sanctus Paulus apostolus dicit: *Qui*¹⁶ *manducat et bibit corpus* et sanguinem domini,

^c korrigiert aus Gomurre ^d korrigiert aus ut ^e korrigiert aus civitates ^f korrigiert aus iste ^g korrigiert aus fuerin
^h korrigiert aus cadent ⁱ korrigiert ^k auf Rasur

10) *1. Cor. 6, 18*: Fugite fornicationem; omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Vgl. *Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 21, c. 3, S. 95.*

11) *Isidor von Sevilla, Synonyma de lamentatione animae peccatricis (Migne PL 83), lib. II, c. 9, Sp. 847*: Fornicatio gravior est morte; melius est mori quam fornicari. Vgl. *Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 21, c. 35, S. 98.*

12) Vgl. *Exod. 22, 19*: Qui coierit cum iumento, morte moriatur; *Lev. 20, 15*: Qui cum iumento et pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite; *Deut. 27, 21*: Maledictus qui dormit cum omni iumento.

13) Vgl. *Deut. 29, 23*: ... in exemplum subversionis Sodomae et Gomorrae Adamae et Seboim, quas subvertit Dominus in ira et furore suo. *Zum Untergang von Sodom und Gommorra vgl. Gen. 18-19.*

14) Vgl. *Luc. 12, 47-48*: Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui et non praeparavit et non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multas; qui autem non cognovit et fecit digna, plagis vapulabit paucis.

15) Vgl. *Ps.-Agustinus, Sermo CXVII (Migne PL 39), Sp. 1979*: Si quis vero sibi conscius est homicidio, indicat sibi ipse in corde suo poenitentiam. Et vindicet in se ipso mala sua, et statuatur sibi ante Deum cruciatum poenitentiae et spatium; et animum plenum veneno, quem ante effusio sanguinis proximi sauciavit, cruciet per abstinentiam et humilitatem: et non communicare nullatenus praesumat; ut non dupliciter se infelix damnet, dum in corde criminum horroribus pleno sacratissimum corpus Domini periculose praesumit accipere.

16) *1 Cor. 11, 29*: Qui enim manducat et bibit, indigne iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus.

indignus *iudicium sibi manducat et bibit*. De talibus fornicationibus in sanctis canonis¹⁷ legitur: Qui fecerit hoc, *omnibus*¹⁸ *diebus vitae* sue in lacrimis et in penitentie sit et *viaticum*¹⁹, hoc est communionem, in die *exitus* sui donetur. Et iterum sanctus canones omnino vetant de talibus sceleribus, antequam penitentie longo tempore fecerint, nec *inter*²⁰ *christianos* nec in ecclesia *locum* non habeant nec ad *mensam*²¹ *participationem*. Quia de talibus sanctus Paulus apostolus dicit: Nec *cibum*²² cum illis *sumunt* [82r]. Et David propheta dicit: *Non*²³ *sedi cum iniquis agentibus*. Et iterum sanctus Paulus

17) Vgl. *Concilium Ancyritanum a. 315*, in: *Ecclesiae occidentalis monumenta iuris antiquissima 2/1*, ed. Cuthbert H. Turner (Oxford 1907), c. 15, S. 93: De his qui circa irrationabilia se fornicationis crimine polluerunt, id est cum pecoribus commixti sunt aut incesta cum proximis sanguine commiserunt aut cum masculis contaminati sunt ...

18) Vgl. *Deut. 16, 3*: ... omnibus diebus vitae tuae ...

19) Vgl. *Conc. Clippiacense a. 626/7*, ed. Charles De Clercq (CCSL 148A, Turnhout 1963), c. 11, S. 293f.: Si quis homicidium sponte comiserit et non uiolenter resistens, sed uim faciens interfecerit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen ut, si paenitentiam egerit, in exitum ei communionis uiaticum non negetur. *Concilium Arelatense a. 314*, ed. Charles Munier (CCSL 148, Turnhout 1963), c. 24, S. 12: ... placuit eos usque ad exitum non communicare.

20) Vgl. *Benedictus Levita, Collectio capitularium*, ed. Georg Heinrich Pertz (MGH LL 2/2), III 433, S. 130: Ut incesti, quandiu in scelere manent, non fidelium christianorum, sed tantum aut gentilium aut catechumenorum, vel energumenorum locum teneant. Incesti, dum in ipso detestando atque infando scelere manent, non inter fideles christianos, sed inter gentiles aut catechumenos vel energumenos habeantur; id est, cum christianis non cibum sumant, non potum, non in eodem vasculo edant aut bibant; sed soli hoc faciant. Non osculentur aut salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, et a tam nefandissimo se scelere segregare atque ad publicam poenitentiam redire noluerint, inter eos habeantur qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos de quibus ipsa veritas ait: Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Nam cum fidelibus non debent orare, nec in ecclesiam intrare, sed ad ianuam ecclesiae excubare, et intrans in eam atque exeuntibus ex ea vultu in terra prostrato veniam postulare, et ut pro se orare non dedignentur flagitare, et lacrymis perfusi, vultu contrito, atque humiliato spiritu, semper omnibus apparere usque ad satisfactionem ecclesiae et proprii episcopi canonicam reconciliationem manere, et ad pristinum incestum numquam redire, nec secularia negotia exercere, nec placitis aut accusationibus vel testimoniis interesse, sed crebris sacerdotum precibus, manusque pontificis proprii impositionibus, et eleemosynarum largitionibus, atque caeterorum bonorum hominum exhibitionibus eos purgari sanarique oportet.

21) ... a mensae participatione privetur. *Regula Benedicti*, ed. Rudolf Hanslik (CSEL 75, Wien 1960), c. 24, 3, S. 79. *Diese Formulierung auch in Collectio Hibernensis*, ed. Hermann Wasserschleben (Gießen 1874) lib. XL, c. 2 u. c. 5, S. 178f.

22) *I Cor. 5, 11*: Nunc autem scripsi vobis: non commisceri, si is qui frater nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis seruiens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere.

23) *Ps. 25, 4*: Non sedi cum concilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo.

dicit: *Masculorum*²⁴ *concubitorum regnum dei non possidebunt*. Et iterum dicit: *Qui*²⁵ *talia agunt, digni sunt mortem*.

DE PERIURIIS. DOMINUS IN EVVANGELIO DICIT: *Nolite iurare*²⁶ *neque per celum neque per terram neque per caput tuum*. Si autem iuramentum tuum est est, non non. *Quod autem amplius est, a malo est et reddes domino iuramenta tua*. Et alio loco sancta scriptura dicit: *Os*²⁷, *quod mentitur, occidit animam*. Et propheta Davit dicit: *Perdes*²⁸ *omnes, qui loquuntur mendacium*.

DE FURTIS, QUALIS CULPA SIT. Primus homo Adam propter unum pomum, [82v] que furavit et manducavit, eiectus est de paradiso et ipse et uxor eius Eva. Et dominus in evangelio precepit: *Ne*²⁹ *furtum feceris, grandis*³⁰ *culpa est furtus* vel rapina vel predare, quia scriptum est: *Qui*³¹ *predaveris, cum consummaberis predicationem tuam, et ipse preda[b]eris*. Et fovea³², quam fratri tuo predaveris, in eam cadebis. Et dominus in evangelio dicit de iudices [ma]ll[e]s¹: In

¹ *unsichere Lesung*

24) *1 Cor. 6, 10*: Neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt.

25) *Rom. 1, 32*: Qui cum iustitiam Dei cognovissent non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed et consentiunt facientibus.

26) *Matth. 4, 34*: Ego autem dico vobis: non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabillum est pedum eius, neque per Hierosolimam, quia civitas est magni Regis, neque per caput tuum iuraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum; sit autem sermo vester est est non non; quod autem his abundantius est a malo est; audistis quia dictum est oculum pro oculo et dentem pro dente; *Matth. 4, 33*: ... reddes autem Domino iuramenta tua. Vgl. *Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 37, c. 1-2, S. 141*.

27) *Sap. 1, 11*: ... os autem quod mentitur occidit animam. Vgl. *Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 38, c. 11, S. 147*.

28) *Ps. 5, 6 (7)*: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes; qui loquuntur mendacium, virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.

29) *Luc. 18, 20*: Mandata nosti: non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem; vgl. *auch Mt 19,18*.

30) *Prov. 6, 30*: non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit, furatur enim, ut esurientem impleat animam.

31) *Isai. 33, 1*: Vae, qui praedaris. Nonne et ipse praedaberis et qui spernis. Nonne et ipse sperneris. Cum consummaveris depraedationem, depraedaberis.

32) *Prov. 26, 27*: Qui fodit foveam, incidet in eam.

qualicumque iudicium³³ iudicaveris, iudicabitur de vobis.

DE EBRIETATE ET COMMESSATIONE DICIT SCRIPTOR:
*Voluntas*³⁴ preparat poenam et necessitas preparat coronam. Et beatus Paulus apostolus dicit: *Neque*³⁵ *ebriosi regnum* [83r] *dei possidebunt*. Dominus per Esaiam prophetam dicit: *Ve*³⁶ *vobis, qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem*. Sanctus Paulus ad Timotheum suum discipulum: *Modicum vinum bibere* precepit et hoc propter dolorem *stomache*³⁷. Sanctus Iheronimus dicit: *Vinum*³⁸ quippe *nobis dominus non ad ebrietatem, set ad iocunditatem donavit*. Et iterum dicit: *Nulla*³⁹ *esse creditas, ubi regnat ebrietas*. Quia ebrietas tota est inbecillis et multa mala ex ipsa fiunt, id est homicidia, fornicationes, furta, periuria, iracundia et cetera multa alia mala.

DE IRA. De ira dominus in evangelio dicit: [83v] *Qui*⁴⁰ *irascitur fratri suo, reus erit gehenne ignis*. Et sanctus Iohannes apostolus dicit: *Qui*⁴¹ *odit fratrem suum, homicida est*. Salomon dicit: *Ira*⁴² *in sinu stulti requiescit*. Et sanctus Paulus apostolus

33) *Matth. 7, 2*: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.

34) *Regula Benedicti, ed. Rudolf Hanslik (CSEL 75, Wien 1977), c. 7, 33, S. 49*: Item dicit scriptura: Uoluptas habet poenam et necessitas parit coronam.

35) *1. Cor. 6, 10*: Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

36) *Isai. 5, 22*: Vae qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem.

37) *1. Tim. 5, 23*: Noli adhuc aquam bibere, sed vino modico utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates.

38) *Vgl. (Ps.-) Basilius von Caesarea, Admonitio ad filium spiritualem, ed. Paul Lehmann (Sitzungsberichte der Philosophisch-historischen Klasse der Bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München, Jg. 1955, Heft 7, München 1955), c. 14, S. 54*: Vinum enim nobis Dominus ad laetitiam cordis, non ad ebrietatem creavit. Non quantum gula exigit, sed quantum naturae imbecillitas postulat. Nam et Apostolus Timotheo modico uti vino praecepit et hoc propter dolorem stomachi et propter eius frequentes infirmitates. *Danach: Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 28, c. 27-28, S. 115*.

39) *Vgl. Prov. 31, 4*: Noli regibus o Lamuhel noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas; *danach u.a. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Wien 1957), lib. 28, c. 5, S. 113*: Nullum secretum est, ubi regnat ebrietas.

40) *Matth. 5, 22*: Ego autem dico vobis quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis. *Vgl. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 19, c. 1, S. 88*.

41) *1. Ioh. 3, 15*: Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est.

42) *Eccles. 7, 9 (10)*: Ne velox sis ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. *Vgl. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 19, c. 8, S. 89*.

dicit: *Sol*⁴³ *non occidat super iracundiam vestram*. Et sanctus Agustinus dicit: *Nemo*⁴⁴ *confidat in orationibus, nemo in geiuniis, nemo in vigiliis, nemo in elemosinis vel in aliis bonis operibus, quia, quamdiu homo contra illum hominem hodium in corde tenuerit, quicquid de bonis operibus fecerit vel deo obtulerit, totum perdit*.

DE MISERICORDIA. Dominus in evvangelio dicit: *Be[84r]ati*⁴⁵ *miseriordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Et per prophetam dominus dicit: *Misericordiam*⁴⁶ *volo magis quam holocaustum*. Et David dicit: *Beatus*⁴⁷, *qui intellegit super egenum et pauperem*; et in alio loco scriptura dicit: *Misericordia*⁴⁸ *superexaltat iudicium*. Et iterum dicit: *Misericordiam*⁴⁹ *et iudicium cantabo tibi domine*. Et sanctus Iacobus apostolus dicit: *Iudicium*⁵⁰ *illi sine misericordia [qui] non facit misericordiam*, hoc est in die iudicii, non habebit misericordiam de suas culpas, qui hic in isto seculo commisit, si *non*⁵¹ *habet misericordiam super hominem*. Dominus in evangelio dicit: *Si*⁵² *dimiseritis hominibus, peccata eorum dimittit et [84v] vos pater vester caelestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester celestis non dimittit peccata vestra*. Et iterum dominus in

43) *Eph. 4, 26*: Irascimini et nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram. Vgl. *Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 19, c. 2, S. 88*.

44) *Caesarius von Arles, Sermo CCIX, ed. Germain Morin (CCSL 104, Turnhout 1953), c. 2, S. 869*: Qui vel unum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid deo in operibus bonis obtulerit, totum perdit [...]. Nemo itaque sine caritate de virginitate praesumat; nemo de elemosinis, nemo de ieiuniis, nemo de orationibus confidat: qui quamdiu inimicitiam in corde tenuerit, neque istis neque aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi deum poterit.

45) *Matth. 5, 7*: Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Vgl. *Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 44, c. 1, S. 157*.

46) *Osea 6, 6*: Quia misericordiam volui et non sacrificium et scientiam Dei plus quam holocausta.

47) *Ps. 41, 1 (40, 2)*: Beatus qui intellegit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

48) *Iac. 2, 13*: Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam, superexultat autem misericordia iudicio.

49) *Ps. 101, 1 (100, 1)*: David psalmus misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine psallam.

50) *Iac. 2, 13*: Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, superexultat autem misericordia iudicio.

51) *Ecclus. 28, 4*: Et in hominem similem sibi non habet misericordiam.

52) *Matth. 6, 14-15*: Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet peccata vestra.

evangelio dicit: *Quid*⁵³ *vidis fistucam in oculo fratris tui, travem autem non vidis in oculo tuo*, hoc est vidis parvum peccatum in fratre tuo et peccata multa et graviora in te non vidis. Et iterum dominus dicit: *In*⁵⁴ *qualicumque iudicium iudicaveritis, iudicabitur de vobis*. Et *nolite*⁵⁵ *iudicare, ut non iudicabimini et nolite condemnare, ut non condemnabimini*. Sanctus Hieronimus dicit: *Per septem*⁵⁶ *res dimittuntur peccata, primum per baptismum, secundum [85r] per penitentiam, tertium per martyrium, quartum per elemosinam, quintum per dimittendi peccata inimicorum tuorum, sextum per suscipientibus hospitibus, septimum per confessionibus peccatoribus*. Sicut dicit^m Iacobus apostolus: *Qui*⁵⁷ *converti fecerit peccatori ab errore viae suae, salvabit animam suam a[utem] a morte*.

DE DETRACTIONE. Sancta scriptura dicit: Qui detrahit proximo suo, *eradicabitur*⁵⁸ *de terra viventium*. Et iterum:

^m *eingefügt*

53) *Matth. 7, 3-4*: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides.

54) *Matth. 7, 1-2*: Nolite iudicare, ut non iudicemini; in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini.

55) *Luc. 6, 37*: Nolite iudicare, et non iudicabimini, nolite condemnare et non condemnabimini.

56) Vgl. Cassiodor, *Expositio in psalmos*, ed. Marcus Adriaen (CCSL 97, Turnhout 1958), VI c. 1, S. 71f.: Quos non credas incassum ad septenarium numerum fuisse perductos, quando et maiores nostri septem modis peccata nobis dimitti posse dixerunt: primo per baptismum; secundo per passionem martyrii; tertio per eleemosynam; quarto per hoc quod remittimus peccata fratribus nostris; quinto cum conuerterit quis peccatorem ab errore viae suae; sexto per abundantiam caritatis; septimo per paenitentiam; *Origenes, In Leviticum homilia II. (Migne PG 12), c. 4, Sp. 417B-418C*: Et tamen ne tibi haec non tam erigant animos pro virtute, quam pro desperatione dejiciant, audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis, audi nunc quanta sint remissiones peccatorum in Evangeliiis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia est, quae pro eleemosyna datur. [...] Quarta nobis fit remissio peccatorum, per hoc quod et nos remittimus peccata fratribus nostris. [...] Quinta peccatorum remissio est, cum converterit quis peccatorem ab errore viae suae. Ita enim dicit Scriptura divina, quia 'qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvat animam ejus a morte, et cooperit multitudinem peccatorum.' Sexta quoque fit remissio per abundantiam caritatis [...]. Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per poenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis stratum suum, et fiunt ei lacrymae suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum, et quaerere medicinam [...].

57) *Iac. 5, 20*: Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum.

58) *Ps. 51, 5*: Dilexisti malum magis quam bonum, mendacium magis quam loqui iustitiam, semper dilexisti omnia verba ad devorandum lingua dolosa, sed Deus destruet te in sempiternum terrebit et evellet te de tabernaculo et eradicabit te de terra viventium semper.

*Semetipsum*⁵⁹ *obligat*. Et dominus per prophetam David dicit: *Detrahentes*⁶⁰ *secreto proximo suo hunc persequer*. Et alio loco legitur: Peior est detractio quam sit fornicatio⁶¹. Et sanctus Ysidorus dicit: [85v] *Numquam*⁶² *alium detrahit*, qui semetipsum *bene perspexerit*.

DE CARITATE. Sanctus Iohannes apostolus dicit: *Deus*⁶³ *caritas est et, qui manet in caritate, in deo manet et deus in eo*. Et iterum dicit: *Si*⁶⁴ *quis dicit: deum diligit et fratrem suum non diligit, mendax est et veritas*⁶⁵ *in eo non est*. Et iterum dicit: *Qui*⁶⁶ *non diligit fratrem suum, in tenebris ambulat*. Et sanctus Paulus apostolus dicit: *Si*⁶⁷ *distribuero omnes facultates meas in cibis pauperum et si linguis angelorum et hominum loquar et habuero omnem fidem et omnem scientiam et si incendero corpus meum, ut ardeam, caritatem non habuero, nihil mihi prodest*. [86r]

DE NON REDDENDO MALUM PRO MALO. Sanctus Paulus apostolus dicit: *Videte*⁶⁸ *fratres, ut nullum hominem malum pro malo reddentes*. Et sancta scriptura dicit: *Ne*⁶⁹ *memor sis iniuriam civium tuorum*. Dominus noster Iesus Christus pro

59) *Prov. 13, 13*: Qui detrahit alicui rei ipse se in futurum obligat qui autem timet praeceptum in pace versabitur.

60) *Ps. 101, 5 (100, 5)*: Detrahentem secreto proximo suo hunc persequer superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam.

61) *Vgl. sinngemäß Hieronymus, Tractatus de psalmis, ed. Germain Morin (CCSL 78, Turnhout 1958), S. 176*: Tanta enim distantia est inter fornicantem et detrahentem: ut ille qui fornicatur se tantum occidat, ille autem qui detrahit et se et illum qui audit demergit.

62) *Isidor von Sevilla, Synonyma de lamentatione animae peccatricis (Migne PL 83), lib. II, c. 51, Sp. 857*: Nunquam detrahes, si te bene perspexeris [...] *Vgl. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 41, c. 14, S. 154*.

63) *1. Ioh. 4, 16*: Et nos cognovimus et credidimus caritati quam habet Deus in nobis, Deus caritas est et, qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo. *Vgl. Defensor, Liber scintillarum, ed. Henri-Marie Rochais (CCSL 117, Turnhout 1957), lib. 1, c. 5, S. 2*.

64) *1. Ioh. 4, 20*: Si quis dixerit quoniam diligo Deum et fratrem suum oderit, mendax est.

65) *1. Ioh. 2, 4*: Qui dicit se nosse eum et mandata eius non custodit, mendax est, in hoc veritas non est.

66) *1. Ioh. 2, 11*: Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est et in tenebris ambulat.

67) *1. Cor. 13, 1-3*: Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens, et si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia et omnem scientiam et habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum, et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et si tradidero corpus meum, ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

68) *1. Thess. 5, 15*: Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.

69) *Lev. 19, 18*: Non quaeres ultionem nec memor eris iniuriae civium tuorum.

Iudeis crucifigentibus se *non reddidit malum pro malo, sed oravit pro eis* dicens⁷⁰: *pater*⁷¹, *ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt*. In *duobus*⁷² *preceptis*, sicut dominus in evangelio dixit, hoc est [in] dilectione⁷³ dei.

70) Vgl. Cassiodor, *Expositio in psalmos*, ed. Marcus Adriaen (CCSL 97, Turnhout 1958), XXXIV c. 8, S. 308: Sic orat cui gratis laqueus occultabatur exitii, qui malum pro malo non reddidit, sed in cruce positus pro suis persecutoribus exoravit.

71) *Luc. 23, 34*: Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.

72) Vgl. Caesarius von Arles, *Sermo CCXXIII*, ed. Germain Morin (CCSL 104 Turnhout 1953), c. 3, S. 883: His enim duobus praeceptis, id est, diliges deum et diliges proximum, quasi duobus spiritalibus pedibus, si per viam verae caritatis volumus currere, ad aeternam patriam possumus feliciter pervenire.

73) *Ioh. 15, 10*: Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris mei praecepta servavi et maneo in eius dilectione.